THÉOLOGIE

—

15 PIÈCES

D. 8°
11.037
RESERVE

ÉOLOGIE

–

PIÈCES

D. 8°
M.037
ÉSERVE

Testamentum

cuiusdam monachi cartusien. in extremis laborantis.

¶ Venale habetur parisii apud pelicanum vici sancti iacobi.

BIBLIOTHEQUE SAINTE GENEVIEVE

Testamentum cuiusdã mo
nachi Cartusiẽsis quod ideo scriptita
uit: vt illud legendo beneficia dei reco
lat: ingratitudinem ꝙ alias miserias proprias re
darguat: misericordiam postulet/ et ad expectan
da nouissima se preparet. Quod dum amplius le
gere non videbit: iam enim caligauerunt oculi.
Seu dum laborans in extremis vocaliter orare/
vel proferre non valebit. Saltim mentaliter ꝙ in
spiritu illud offerat deo cui nota sunt corda homi
num. Agonemq; sub beate marie/ angelicis spi=
ritibus et sanctis prout infra continetur commen
det/

Oratias ago tibi dñe iesu christe fili dei viui: dei ⁊ hoīs: deus et homo. quia donasti michi intelligere ꝙ media vita in morte sumus: ego presertim senio confractus/ debilitatus/et oculorum beneficio iam pene orbatus et ꝙ tēpus resolutionis mee instat. Ob quod nō imerito timeo in mortis agonia more plurimorum in extremis laborantium debilitari/ aut fortassis omnino priuari memoria. intellectu ac aliis corporis et anime potentiis/seu alias ex ipacientia/ infidelitate/vana gloria/diffidentia/seu alia inimici falsa suggestione per culpam meam te offendere. et sic a beatitudine excludi et in ignem mitti. Ideo q̄ diu ex dono gratie tue adhuc sum sanus mente ⁊ corpore ac in libero arbitrio ꝓstitutus. volens ⁊ cupiens iudicii tui et mortis horam preuenire ⁊ michi ꝓut donaueris p̄cauere. velut hō peregre ꝓfecturus in regionē longinquā non habens hic ciuitatē manentē: q̄ diu adhuc scripti tare video. Sub orationis typo testamentū ⁊ vltimam voluntatē condo ⁊ ordino in hūc modum.

¶ Imprimis exhūc detestor ⁊ abhorreo quicq̄d contra infinitam bonitatem ⁊ incomprehensibilem maiestatem tuam feci et vsq̄ ad mortem facere vel dicere possem. Et ꝓpono quibuscunq̄ tentationibus inimici mediante gratia tua nullo modo cōsentire; et in hac voluntate ⁊ ꝓposito imobiliter p̄sistere ꝓtestor ⁊ intēdo. Et q̄ nudus egressus sum exutero matris mee. ꝓtestor libēter ⁊ ansmo volente nud⁹ reuerti illuc q̄ cito placuerit diuine voluntati tue, cui vt dignū est voluntatē meam

omino submitto Ceterū adoro te: laudo et bene dico ꝑpter inestimabilem bonitatem tuā. nullius egentem, et tñ oīa visibilia et invisibilia ⁊ vniuersa creantem. Nec ei ea q̄ sunt creasti quasi eis indigeres. sed vt rōnales creaturas per tuam ineffabilem bonitatem beate visionis tue participes efficeres et capaces, In quo manifeste apparet ꝙ nostram vtilitatem non tuū cōmodū nos creando quesisti. ac per hoc te summū bonū esse demonstrasti. Sed o metuēdissime dñe hec tua bonitas ꝙ incomprehēsibilis est in seipsa que tam ineffabilis est in creaturis. Insuper gratias ago tibi dñe ꝑpter glām tuam magnam. qz qui olim summus es et imense dignitatis de me tam vili et miserabili ante mundi constitutionem dignatus es cogitare. et quod maius est extunc me elegisti ⁊ disposuisti me creare. Ecce enī sum quia creasti me: et ꝙ me creares et in numero creaturarum tuarum numerares ab eterno tu preordinasti anteꝙ quicꝙ faceres a principio anteꝙ extēderes celos. nec dum erant abyssi adhuc terram non feceras, nec montes fundaueras necdum fontes eruperant. anteꝙ hec oīa faceres me tuam creaturā fore certissima veritatis tue ꝓuidentia ꝓuidisti. et esse me tuam creaturam voluisti. Et hoc vnde dñe benigniſſime deus altissime et semper mitissime domine misericordissime ⁊ creator potentissime q̄ mea merita: que mea gr̄a vt placeret ante conspectus tue maiestatis predestinare et creare me. Non alteram creaturaꝫ tuaꝫ que tantum hñt esse: neqꝫ illarum q̄ tñ hñt esse viuere ⁊ sentire, que lz ma-

gne sint et multe ac bone vidisti enim cuncta que
feceras et erant valde bona. Voluisti tamen q̄
essez vna ex illis. quinmo eas ꝓpter me creasti. vt
videlicet gliam magnificentie tue et tui noticiam
michi demonstrarent. Nam in illis omibus relu-
cet sapientia bonitas et potentia tua. eas insuper
creasti vt michi seruirent. Celum enim michi de-
seruit per motum suum luminaria celi per influxū
suum. sol causat michi diem. luna illuminat michi
noctem. ignis temperat aeris frigiditatem: aer
michi mitigat ignis caliditatē. aqua mundat mi
chi fetorem. mitigat sitis ardorem. et fecūdat ter
re rigorem. terra vero me sustentat sua soliditate
recreat sua fecunditate/delectat sua amenitate.
Vere dñe oia michi donasti. teipsum q̄ indesinen
ter saluti mee vacas te in q̄ michi donasti carnali
ter ad redimendū. sacramētaliter ad reficiendū.
spiritualiter ad cōsolandū. diuinaliter ad eterna
liter ꝓfruendū dedisti te ꝓpter me in vitā in mor
tem i tribulationē z glificationē: imo oia nobis
fact⁹ es. Angelos nobis donasti q̄b⁹ erim⁹ equa
les in regno. oia inferiora in vsum et famulatum
tanq̄ in arraz. quasi diceres dabo tibi oia bona
egipti. Nichil em̄ in hoc mundo video quod non
mee deseruiat vtilitati. meisq̄ necessitatibus in-
desinēter occurrat. z ad hoc oia q̄ sunt i celis ter
ra z mari cursū suū dirigūt nec motū suū cessant
explere scōz tēporū distributionē. Ꝯpe etiā ifern⁹
terroz̄ icutiēs. z toztor dyabolus fabricās nobis
etiā inimic⁹ cozonas. q̄ oia si interrogata fuerit q̄d
intendūt mox rñdebūt. Sum⁹ innumeralibis mul

stitudo miserationum dei portantes ignes et flam
mas ad cor humanum fri gore mortifero cõgela=
tum calefaciendũ. Totus igitur mundus nil aliud
est nisi multorũ ignium aceruus/ et immensi amo
ris tui fornax. Debeo igitur te multũ diligere qui
michi donasti celum cum syderibus/aerem cũ vo
latilib⁹/terram cũ animalibus graminibus ꝛ semina
libus/aquam cum piscibus: quedã ad sustentatio
nem vt comestibilia ꝛ potabilia: quedã ad erudi=
tionẽ vt rerum naturã/scripturam et figurã: que
dam ad correctionẽ vt spũs malos/pestes/gran=
dines ꝛ morbos: quedã ad consolationem vt pri
mos: quedã ad delectationem vt varietates colo
rum. vt sic te diligere vellem. Nõ ꝙ ppter tua be
neficia finaliter sis diligendus. Et hoc mirandũ
tue bonitatis est indiciũ ꝙ creature tue tuum ser
uent in michi ministrando imperium. licet ipse ti=
bi creatori meo meũ denegarim obsequium. Cõ
temno creatorẽ et tuis vtor creaturis/ despicio te
ũm et de tua creatura exigo obsequium. Et cum
michi cuncta per te deserviant solus ego non ser=
uio tibi. Suis institutis cuncta deseruiunt. ego ve
ro ppter quem facta sunt oĩa tibi nõ obedio/ymo
te ignoro. Parent cuncta rebelli/obtemperant p
taci/deseruiunt contemptori/ parata consurgere
in vindictam nisi pietas phiberet moderatoris?
Sed quid retribuam tibi p oĩbus que retribuisti
michi. Tanta enĩ sunt tua beneficia ꝙ nulla pote
runt esse beneficia cõdigna nec tibi placuit ꝙ fue
rim vnus ex angelis qui tam miserabiliter et irre
mediabiliter corruerunt. vel ꝙ fuerim dracho ille

quem formasti ad illudendum et. Illos enim iuste
dānasti me autem misericorditer preseruasti/in il
lis ostendisti seueritatem et in me tuam bonitat ē
De tua igitur maxima fuit gratia ꝙ alteram ex
creaturis illis creare me noluisti. imo nec ad yma
ginem ⁊ similitudinem angeli vel archangeli: sed
dixisti ꝙ me creares ad ymaginē et similitudinez
tuam. hoc nō dixisti de celo/de stellis/de auro ⁊ ar
gento. sed de homie. Et in creatiōe dedisti michi
rationem vt te cognoscerem/voluntatem vt te co
gnitum diligerem/memoriam vt i te cognito et a
mato dulciter requiescerem Sed heu dñe per pec
catum meum ratio facta est ceca vt sepe velit ma
lum ꝑ bono/voluntas feda ⁊ memoria instabilis
vt magis velit in fedis ⁊ vilibus occupari ꝙ tibi
vacare. Preterea quā do venit plenitudo tēporis
quo verbum caro fieres'et hominē reparares ve/
nisti ab arce patris ad virginem de stirpe dauiti
ca atq; ventre virginali caro factus prodisti/exi
uisti per portam clausaz dñs ⁊ homo iur ⁊ vita cō
ditor mūdi non recedens a patre sed manēs apō
patrem. totus in sinu patris. ⁊ totus in vtero vir
ginis/nō mutatione loci. sed nature humane assū
ptione. et post hec in terris visus es/et cū homini
bus conuersatus/et qui eras deus meus fieri vo
luisti frater meus: nec solum meus sed et totiꝰ hu
mani generis vt hoīes deos faceres factus hō.
Et iusto titulo noster es: qz a patre qui te donare
poterat nobis datus es et nobis natus: te etiam
tradidisti et temetipm exinaniuisti formā seruꝰ
accipiens in similitudinem hoīm factus ⁊ habitu

inuentus vt homo, vt causam nostram valde malã
suscipiens et iure ꝓpinquitatis illam in sanguine
tuo reparares. nosq; in tenebris ignorantie exe-
catos illuminares. ⁊ sic nos abiectos multũ etiaz
supra angelicam naturam honorasti. Nam de te
possumus dicere qz caro et frater noster es. quod
non dicunt angeli qz nusq̃ angelos apꝑhendisti
sed semen abrahe. ita vt veraciter sis. deus et hõ
et dei filius ⁊ hois. Et in ista tam admiranda exi
nanitione et carnis assumpti one ostendisti q̃ plꝰ
dilexisti hoiem q̃ angelũ. qz naturam eius assum
psisti et nõ angeli. etiã quia in patria maiori gau
dio perfrue tur homo cum videbit in te suam natu
ram diuine nature vnitã quam non videbit ange
lus. Insuper redemisti nos et lauisti nos a pctis
nostris i sanguine tuo. et non corruptibilibꝰ auro
vel argento/neq; per sanguinẽ hyrcorum et vitu-
lorum et patri reconsiliasti/quod nõ fecisti ange-
lis peccantibus. ⁊ cum imortalis esses mortis le-
gibus voluisti subiacere. ⁊ primo ad opus tuũ exi
ens primã vocem similez hoibus emisisti plorans
ac per triginta et duos annos miserias quas por
tamus portare voluisti/ pauperrimus hoim inter
bouẽ et asinum in vili stabulo nasci vt diuites i ce
lo nos efficeres octauo die sicut pcioꝛ sanguinem
fundere. deinde fugere in egyptum/ sitire esurire
frigere/tentari/pauere/tedere/tristari/ ⁊ portare
iniurias ac diuersas necessitates/iurias/isidias
blasphemias/fatigationes in discurrẽdo contradi
ctiones in predicando. diuersas egritudines curã
do; lachrimas in cõpatiendo, Et finaliter postre

tiam in monte oliueti pl̃ius orãs et in agonia positus ꝓpter ymaginationem instantis mortis ꝙ omnes tui corporis partes sudore ꝓpri sanguinis respersus ibi a iuda discipulo ꝓditore cum manu armatorum in osculo pacis traditus. Ab apostolis derelictus. a satellitibus malignis ligatus. coram anna caipha pilato et herode illusus conspu tus colaphis et alapis cesus spoliatus ⁊ ad stipi tem ligatus vsq; ad sanguinis effusionem non le nem tortus et flagellatus. Tandem morti a diudicatus de atrio pylati eductus veste purpurea ꝛ dutus iterum a tota cohorte illusus facie velatus spinis coronatus. et super coronam spineam arun dine in capite baculatus et ꝟsputus. sputis ⁊ gut tis cum sudore faciei permixtis. ⁊ qui eras specio sus forma pre filiis hominũ visus es quasi lepro sus et nouissimus virorum non habens speciẽ ne q; decorez. Et post plurima obprobria ⁊ supplicia baiulata tibi cruce quod est inauditum de aliquo latrõe per vicos ciuitatis ierusalẽ fusti irrisus a potatoribꝰ qui erant in tabernis ⁊ aliis q̃ erant in plateis ꝓclamatus. ⁊ tunc aduersum te loque bantur qui sedebãt in porta et in te psallebant q̃ bibebant vinũ. de ciuitate cũ magna ꝯfusione ete ctus. in mõte caluarie nudus inter duos latrones in cruce leuatus. suspensus ⁊ toto corpore distentus. manibus et pedibus cum clauis ferreis perforatus. Cruci affixus non solum secundũ omnia membra corporis principalia verũ etiam secũdũ oẽm aĩe potentiã pati voluisti nec solũ dolẽdo ut patiens ꝓpt vulner a sed etiã cõdolẽs ꝓpter nra

delicta:nec in te remansit aliqua pars corpozis
munis:qz corona spinea traxit sanguinem de ca=
pite/lancea de latere/ flagella de dorso / claui de
manibus et pedibus/sudor sanguineus de oibus
corporis partibus . ita ꝙ a planta pedis vsq; ad
vertitem capitis non erat in te sanitas / in crucis
patibulo quod erat supplicij pessimorum et cõsor
tio latronum iniquorum reputatus es. A principi
bus sacerdotum senioribus et multis per viã trã/
seuntibus qz ppe ciuitatem erat locus ille subsan
natus. ⁊ in his tormentis patrem ꝑ crucifixorib⁹
exorasti, latroni petenti paradisum donasti / ma=
trem virginem virgini commẽdasti. Interea cel
luminaribus eclipsatis ⁊ tenebris dempsissimis p
vniuersum orbem diffusis inter angustias mortis
innocens clamasti. Heloy heloy lamazabathany
quod est deus meus deus meus vt quid me dere=
liquisti. Non quia esses a diuinitate derelictus a
qua ꝑpter assumptionẽ carnis nũq̃ fuisti separa
tus:sed vt ostenderes q̃ acerba erat pena quam
secundũ carnem sustinebas: a qua diuinitas hu=
manitatẽ non defendebat sed quasi dereliquisset
eam sine adiutorio ꝑ nobis mori permittebat Et
morti ꝓpinquus clamasti, Sitio. felle et aceto po
tatus. In manus pris cõmẽdans spm̃. ⁊ clamãs
Cõsũmatum est cũ clamore valido ⁊ lacrimis in=
clinato capite tradidisti spm̃. Post que terra tre
muit:velum templi scissum est . sepulchra aperta
sũt ⁊ multa corpora sanctorum qui dormierãt sur
rexerunt. Ita vt clamaret centurio. Vere filius
dei erat iste. Deinde cum mortuus esses latere

fuisti lanceatus vnde exierunt sanguis ⁊ aqua in quibus virtutem accipiunt sacramenta quib⁹ purificatur et saluatur xp̃ianorum ecclesia. Postea coram oculis matris tue de cruce depositus/sudario inuolutus. et in sepulchro sub lapide verus lapis inclusus. A matre mestissima vsq; ad horam tue resurrectionis lamentatus. Ista oia et ꝯ plurima alia benignissime ihesu p me sustinuisti. ⁊ tō non despero pro peccatis meis. imo premissa oia tanꝯ mea et p me a te misericorditer adimpleta offero tibi in penitenttã satisfactionem et emendationẽ p oibus petis meis. Supplicans vt animam meam quando ex hoc seculo migrauerit illo precioso sanguine pro me tam abundanter effuso ad plenm lauare digneris. Preterea pissime domine ihesu vt tantorum beneficiorum tuorum incarnationis mortis et passionis tue iugis nobis maneret memoria transiturus de mundo ad patrem et pssia corporali nos relicturus iam morti ppinqu⁹/surgens a cena discipulorum pedibus lotis et tinthyeo quo precinctus eras extersis Iterū recumbens sacrosanctū corporis et sanguinis tui sacramẽtū instituisti. quo discipulis tradito illudē signū amoris preciui p viatico ne deficiamus ī via nobis sumendū dereliquisti dicens. Ego sum panis vite. Si quis ex hoc manducauerit viuet in eternum; Ecce vobiscum sum vsq; in consummationẽ seculi. Hec quotienscunq; feceritis in mei memoriam facietis. Et sic o bone ihesu te totū nobis dediſti; qr te nascens dediſti socium. conuescẽs in edulium/te moriens in precium/ te regnãs das

in premium. Et quotiens huius sacrificii commemoratio celebratur totiens opus nostre redēptionis exercetur. Sed quas gratiarū actiones tibi dño deo possuz referre qui me tanti sacramēti tribuis esse consortem. Et insuper alia sacramēta ecclesiastica instituisti/quibus nos sanctificares: humiliares/excitares/erudires. et alia bona tua cōferres. Consequēter tpe tibi placito quo me creare et in esse deducere decreueras patrem generātem et matrē cōcipientem michi preparasti. Non paganos/sarracenos/iudeos/hereticos aut alias infideles. Non lunaticos/insēsatos/freneticos/furiosos/arrepticios. aut alias mēte captos. Non leprosos. aut alio graui morbo infectos aut cōtaminatos quia fortassis similis illis extitissem. Sed xpianos et fideles mente et corpore sanos et bene condicionatos. Non principes generosos. aut alias magnificos aut potētes in seculo. Sed pauperes nō mendicos aut extreme delectos aut alio graui crimine suspectos: sed simplices et honestos p me sollicitos: ⁊ tales quales saluti mee noueras esse congruos. Nec creare me voluisti in tempore quod fuit ante legem: quod a tui cognitione vt in plurimū fuit deuiū ⁊ quo hoīes modicā tui habuerunt noticiam. fuerunt em̄ ociosi et dicebant. qz nemo nos conducit. Nec tempore legis que fuit sub moyse que observationibus grauissima onerosa et impfecta fuit seruitutis in timore sub qua pauci. id est de sexcentis milibus duo ingressi sunt terram pmissionis. Nec in primordio nascentis ecclesie ⁊ psecutionis tirānice infideles

Nec etiam tpe heresum quo plures simplices se-
ducti errauerunt a fide Hecz in tpe scismatum qd
valde saluti nascentiu periculosum est propter in
terdictum et alia. Sed in plenitudine tpis gratie
et oimode quietis ecclie quando thauri et altilia
in sanguine martyrum occisa et oia parata sunt:
me creasti quod fuit tps miserendi et dies salutis
postp nox errorum abscesserat. Nec differre vo-
luisti in tempus future persecutiois acerbissime
qualis non fuit ab initio que regnabit sub filio p
ditionis antixpo. sub qua etiam electi si fieri pot
ducentur in errorem. Insuper creare me noluisti
in loco gentilium deum ignorantium non loco ma
chometicoz a te errantium turpia et feda obser-
uatium. Non inter iudeos excecatos abiectos/et
dispersos. Non etiam loco hereticorum fidem ve-
ram ipugnantium ac per hoc a regno tuo se seclu
dentiu. quoz oim leges. cerimonie z obseruantie
vane sut casse fedez execrade Inter hos nasci me
noluisti. qz cu eis me pdere noluisti. Sz int xpia-
nos z i ra xpianoz Mo i aliq ciuitate aut alto lo
co insigni vel magnifico nec in turbis populorum
vbi ad capiendas animas infiniti sunt laquei. im
mo me creasti in loco rusticano capestri z solita-
rio vbivanitas z lasciuia seculi no me ta facilter
suffocaret z pderet. In loco inq vbi fides diuul-
gata erat z pbata. vbi religio vera pfusa z since-
ri sic quasi ab ortu salute ibiberem: eoqz tepo
re inter tales me nasci voluisti per quos ad fide
tua z sacramēta puenire valerem q bñficia in-
numerabilib⁹ hoib⁹ video negata fuisse q michi

BIBLIOTECA

gratulor esse concessa cum quibus tamē vna fuit michi conditio. Illi derelicti sunt per iusticiam tuam et ego electus per gratiam Me autē creasti ex luto humani seminis quēadmodum figulus format vasculum de luto/et mulier in fiscella caseum de lacte coagulato/ et cōpegisti corpus meum et omnia membra mea nouem mēsium spacio in vtero matris mee. Non enim ipsi fecim⁹ nos, nec parentes fecerunt nos. sed tuipse feciſti nos. Nā quid enim sicut lac mulsisti me: pelle et carnib⁹ vestisti me: ossibus et neruis compegisti me: vere dñe vitam et mīam tribuisti michi. Nec est in me membrum: non neruus non vena nō capillus: nō vngula que non clamet michi: et multum debeo te creatorem meum/et patrē diligere. quia sine te nō possum capillum album aut nigrū facere. nec ad staturam meā addere cubitum vnū. et iō multum es honorandus sicut pī qui oīa dedisti et timendus sicut dñs qui omīa auferre potes q̄cito tibi placuerit. Interea clementissime dñe infudisti corpusculo meo spīm viuificantem quem creasti ex nichilo. aīam videlz īmortalem substantiam valde generosam quam donasti tui capacem vt te summum bonum intelligeret. intelligēdo amaret/amando possideret/et possidendo beata eēt que a te fuit eternaliter preuisa/et mirabiliter in tp̄e īmediate de nichilo a te producta. a te inquā creando infusa et infundēdo creata que intantuꝫ ceteras creaturas supergreditur q̄ in nulla creatura est possibilitas naturalis ad eductionē vni⁹ anime rōnalis/et a te solo per tuā potentiam ins

finitam producitur. Magna ergo ⁊ ineffabilis dignitas et generositas anime non solū esse tuū vestigium sed fieri ad ymaginem et similitudinem tuam. Ideo multum gaudere dz aīa mea quia insignita est tui ymagie decorata similitudine. particeps rōnis/et capax eterne beatitudinis/q̄ oīa quia modica viderentur si morte finirentur dedisti ei ⁊ cū predictis naturam īmortalem. substātiam īcorruptibilē. durationē īterminabilem. vitā perpetuam. alioquin necvera esset ymago Ideo q̄ digna est vna aīa īmoq̄ dignior ⁊ preciosior q̄ omnia regna mundi. Nec ad precium eius potest dic̄ estimari. tāteq̄ simplicitatis est q̄ nichil potest illabi mēti nisi trinitas beata cuius sedes est et thronus/eius susceptiua. Unde nō ante requieuisti nisi cum hoīem ꝺidisses in quo tibi ꝓplacet valde et delicie tue esse cum filiis hominum.

Tante insuper dignitatis q̄ nichil consimile sibi.

Tante etiam capacitatis est q̄ nulla creatura licet afficere posset satiare hanc non potest nec desideria illius quietare cum oībus occupari potest impleri non potest. Non hanc implet nec quietat terra cum pecudibus. Non celum cum sideribus et sanctis: ſz tu solus deus qui hanc multiplicib⁹ viribus et potentiis dotasti. quibus ipsum corp⁹ regat. Et īsuper donasti ingenium clarum ad bonum cognoscēdum. iudicium rectum ad discernēdum/animum bonum ad te amandum. O domie q̄ nobilem hospitē dedisti corpori meo: a quo omnia que in me pulchra sunt habeo/ quo egrediente nichil teneo. O deus meus vita et dulcedo ani

ime mee quid retribuam tibi pro oībus que feciſti
anime mee da michi pro hīs amare te. Nec tibi
ſuffecit tantis me donis ex parte corpis et ãe do
taſſe. Niſi et de efficaci cuſtode et miniſtro proui
diſſes qui abutero matris ſollicite me cuſtodiuit
et angelis tuis mandaſti de me: ☞ dñe quid ſum
ego quia apponis erga me cor tuum dum tã ma-
gnificis principibus iheruſalem qui natura ꝙ gr̃a
ſunt nobis digniores tam ſollicite mandas vt cu
ſtodiant me in oībus viis meis. Hi ſunt cuſtodes
ſuper muros noue iheruſalem et montes in circui
tu eius vigilantes et cuſtodientes vigilias noctis
ſuper gregem tuum. Nequando rapiat vt leo ani
mas noſtras ille antiquus aduerſarius. O gran-
dis caritas mittentis. ſtupenda dignatio familie
tam digne obſequentis. Ecce non eſt numer⁹ mi-
litum tuoꝝ. et tamen oēs adminiſtratorii ſpūs di
cuntur et in mīſterium oēs quodãmodo mittũtur
Et licet oīibus mandaſti cuiꝰ tñ abutero ange
lum ſingularem deputaſti qui in utero protegeret
invita regeret. poſt mortem deduceret. et cuncta
bona neceſſaria nobis prouideret. Merito igitur
gratias ago tibi ꝙ angelum pacis ab ortu natiui
tatis mee ad me cuſtodiendum michi tradidiſti.
Vere magnum eſt beneficium hoc quo honoraſti
nos. tales dando nobis cuſtodes. laudent te de
hoc oēs angeli tui confiteantur tibi de hoc oīa
opera tua ꝙ ſancti tui: quid enim eſt homo cui hec
facis? Nonne vniuerſa vanitas oīs homo viuẽs
ꝙ tamen dignũ ducis hic tam honorificare eum?
Sed heu dñe nobilẽ illam intelligentiam propter

tui et eius reuerèntiam non honorauí sicut debui
immo pluries ꝓpter pctã mea ꝓuocaui ac eius au
xilio indignũ me reddidi. Sed ipse in me miseri=
cors fuit sicut tuipse pius es et misericors. Nec ꝙ
misisti ꝙ in ergastulo materni vteri suffocarer si=
cut pluribus acciditi. mo ĩ ortu meo viuũ me ꝓdu
xisti et in esse deduxisti. Non cecum surdum/ mu=
tum/claudum/aut alias corpore viciatum vel ma
le organisatum. immo corporis ĩtegritatem ꝛ om
niũ mẽbroꝝ donasti. ne essem inter monstruosa mi
chi oneri ꝛ aliis despectui. Nõ leprosum aut alio
graui morbo laborantem. ĩmo cõplexionis bonĩ
tatem et sanitatem dediſti et conseruasti sicut ꝓ=
bat hoc tp̃s senectutis mee. Non insensatum. ar=
repticium furiosum mente captum aut alias na=
turaliter effrenatum vel inordinatum. ĩmo ꝛsensuꝝ
perspicacem. memoriã tenacem. ingentum clarũ
ad bonum cognoscendum. iudiciũ rectũ ad discer
nendum. animũ bonum ad te amandum et querẽ
dum. et totius corporis dignam qualitatem mi=
chi donasti ac inter nobilissimas creaturas tuas
puta hoĩem me condidisti. Non lapidem talpam
canem aut aliꝙd hm̃oi. Sic ergo merito tibi re=
gratiari teneor quia accepi a te pulchram corpis
formam habens sensuum distinctionẽ. oculos ad
videndũ aures ad audiendum. nares ad odoran
dum. manus ad contrectandum palatum ad gu=
standum pedes ad ambulandum Et vere pulchrũ
hoĩs corpus quo pulchrius aliud nullum. nec
incongruc. Nam hoc ymago trinitatis requirit:
hoc etiam requirit finis hominis qui factus est vt

infimis despectis mentem sursum tendens syde-
ra aspectet. Corpus mq tante dignitatis vt cum
omibus creaturis cōmunicationē/ et participium
habeat. apparet enī terra ī ossibus ꝫ carne: aqua
in humoribus et sanguine. aer in pulmone ignis
in corde cuius formam habet. Insuper me
nobilitasti dignitate virilis sexus qui est ymagi-
ne tue insignior/et similitudine expressior. diuino
cultui aptior. omibusq officiis cōmodiosior ꝫ quo
dammodo tibi gracioſior. adeo q hunc sexum ti-
bi solum iussisti sanctificare. ꝫ qui hoc caruerit ca
racteribus iherarchicis inutilis et ineptus erit.
Nam nulla mulier caractere potest insigniri ab
actibus ecclesiasticis exclusa. adeo q nec loq per
mittatur in ecclesia. Et sic in isto sexu quem michi
donasti dignitate preemineo: penas et erumnas
muliebres/subiectionem et ignominias euado ac
diuino cultui dignus reddor. Neq permisisti q es
sem vnus illorum qui sunt et erunt in limbo. qui
faciem tuam nunq videbunt. seu vnus ex agare-
nis. iudeis. paganis. hereticis vel ipse machome
tus sathane primogenitus. seu alius ex infideli-
bus qui iam iudicati sunt. aut ipse antichrist⁹ per
ditionis filius. Quinimmo rite et canonice a cu⁹
sacro baptismatis fōte ex xp̄ianis inter xp̄ianos
christianum regenerasti. quo culpam deleſti ꝫ fili
um gratie me effeciſti ac christianum dici volui-
sti et nominari. Propterea gratias ago tibi deus
meus quia vocasti me nomīe tuo quia signasti me
sanguine tuo. Nomīe inq tuo vocasti me vt me-

moziale tuuum semper esset apud me et nunc re
cedens a corde qui nunc pro me recessisti a cruce
Voluisti me participem esse in nomine. participez
in noīs veritate quoniam vnxisti me illo quo et tu
vnctus eras oleo leticie vt ab vncto sim vnctus et
a te xpo dicerer xpianus. imo et in manibus tuis
descripsisti me. vt semper sit memoria mea apud
te si tñ memoria tua iugiter fuerit apud me. Lau
dem insuper dico nomini tuo qui adhuc celsiori no
mine honorasti me. quia tãte glorie tue fecisti me
susceptibilem vt possem filius dei fieri. hoc nõ pos
sunt vtiq arbores nõ possunt lapides non cetera
omia quia non dedisti eis potestatem filios dei fi
eri. illis non per naturam nec multis hoībus per
gram. Sed michi dedisti q homo sum et filius tu
us dicar et per gratiam esse possum. vnde hoc mi
chi veritas summa veraq summitas vnde hoc mi
chi vt possim filius tuus fieri. non sic fecisti omni
nationi. non omni creature. licet tu manens ine
ternum creasti omia simul. Non precesserunt eo
rum merita. accessit tua gratia. quia omnia crea
sti bonitate tua. Pares omnes creature fuerunt
in meritis quia omnium nulla fuerunt merita qua
re non ego sicut omnes ille. Aut cur non omnes
ille sicut et ego. aut ego solus sicut et ille que mea
merita vt potestatem talem michi daret et filium
et sponsam vocares. certe sola gratia sola boni
tas tua. Multi transierunt qui hoc non me
ruerunt. Multi fortes / et sapientes : Multi no
biles / et diuites fuerunt qui tamen vniuersi hac

dignitate destituti relicti ꝛ abiecti perierunt. Nū quid ego fortior. nūquid sapientior. nunqd nobi lior aut ditior oībus illis fui qui hanc pre omīb⁹ illis gr̄am spālem sortiri merui. Non dñe de⁹. sed tua hoc bonitas fecit vnde ago tibi gr̄as. Nutri tores qui mei curam gesserunt sollicitam michi p uidisti et ordinasti. Preterea de tuo munere ve nit ꝙ non fui nec sum nouissimus virorum. vilissi mus aut abiectissimus indigenaꝝ seu mendicoꝝ qui sunt super terram. Seu vn⁹ ex lictoribus aut ex illis qui excoriant morticina ꝛ vacuāt latrinas seu quiuis alius īmundus infamis aut cōtempti bilis mīster qui etiam habundant inter xp̄ianos et alios. quinimmo a puericia depost porcos ꝛ vac cas me tu'isti. Et ad scolas vocasti quod pluribus negatum est. p̄ficiendi ꝛ studendi ingenium ꝛ vel le dediſti. Ingenīū videlz docile/memoriam tena cem ꝛ acutam intelligentiam. Et insuper gratiaz priꝰ in baptismo datam per sacramētum cōfir mationis sanctificasti et perfeciſti. qtūs illam fir mius obtineam īmobiliusꝙ possīdeam/quodvti ꝙ sacramentū ad militiam spūalem p̄parat ꝛ cō fortat. et ad cōfessionem vere fidei animat/ quē admodum discipuli tui spū sctō confirmati cepe runt loqui. et decorat mentem caractere. et carnē videlicet in fronte viuifice crucis vexillo. me con stituens signiferū tuum ꝛ armigerꝝ. Sed vc michi super insania et ingratitudine mea quia ad istar filii prodigi oēm substantiā superiorꝝ b̄ficiorum tuorum peccando dissipaui et malum coram te fe ci. Et cum infelix ego per multos annos velut ex

cecatus insensatus et ingratus/tot et tantis bene
ficiis tuis abuterer operibus mortuis vacās ⁊ sa
lutem ꝓpriam vilipendens ita vt merito essem fi
lius ire et vas in interitum : ex maxima bonitate
tua in pcīis et sordibus meis longanimiter ⁊ pa
cienter me portasti nec morī permisisti neq; subi=
to perdere voluisti. quinimo ex diuitiis ineffabilis
gratie tue dignatus es statū mortis in quo sepul=
tus dormiebā michi manifestare meq; denuo crea
re. veterem videlz hoiem exuendo ⁊ in nouā crea
turam transformando in multitudine peccatorū
me cōuertisti: et a multis preseruasti ī quibus lap
sus fuissem nisi per bonitatem et clementiam tuā
me reuocasses. peccata odire me fecisti. ad amorē
tuū dulciter attraxisti eterni iudicii tui et mortis
memoriam et timorem incussisti. ⁊ veram noticiā
q̄ incola ego sum et peregrinus tribuisti. ꝑ poten
tias anime mee depravatas reabilitasti mēris sur
ditatem effregisti et voluntatem emendatius vi=
uendi donasti. ita vt beneficia tua inciperē recole
re et intelligere q̄ eras creator meus redemptor
meus et futurus iudex a deo constitutus non solū
meus sed et vivorum ⁊ mortuorum habēs claues
mortis et vite. Et q̄ ꝓpter ea debebā te diligere
te timere tibi obedire et voluntatē meam scīssi=
me voluntati tue conformare. Quod et facere de
creui. et arbitrium meū adeo cōuertisti q̄ ꝓposui
te nūquam mortaliter offendere. Et istud ad me
bonitatis tue fuit indicīū q̄ milliesies iram tuam
ꝓmerui et passus es deliqui et tam longanimiter
sustinuisti, Non em̄ peccantem angelum expecta

fti ſz ſtlico precipitaſti e celo hoſem etiam peccā-
tem nō diſtuliſti ſed expuliſti de paradiſo melio-
res me peccātes mox occidiſti me autem lōgani-
miter diſſimulans multis annis in pctis pertuliſti
vt ſic in me ꝓmendares paciētiam tuaz impleres
electionem tuam et ꝓfirmares miām tuam. Sed
eximie fuit pietatis ꝙ mira tua patiēcia non mo-
do non meā ſuſtinuit ipietatem ſed ſolitam ymo
et maiorem exhibuit pietatez vnde tibi grās ago
deus meus qm liberaſti me et ad pñiā inclinaſti
quod beneficium vere oīb⁹ bñficiis preſtat qz ni
ſi ſuperioꝛib⁹ accederet nil ea niſi in pene augmē
tum forte prodeſſent. Multi eī perierunt qui hanc
grām nō acceperūt diligā igitur te dnē virt⁹ mea
diligam te ſalus mea et viuat tā nō michi: ſed tibi
tota vita mea que perierat i miſeria mea et reſuſci
tata eſt mia tua Sed quid faciam tibi dnē de⁹ me⁹
a quo tāta bona ſuſcepi. Neqz enim ꝓtentus fuiſti
eadem que ceteris bona tribuiſti. ſed ſingulariter
plura michi donaſti. vt videlicet cognoſcam te/ꝙ
pluribus alijs te tuis ſecretis intelligā. Alios coe
taneos z notos meos i tenebris ignorātie reliq̄ſti
et in ſtercoꝛe ſuo cōputreſcere permiſiſti. z michi ꝙ
illis lumen ſapientie tue infudiſti. Non certe meis
meritis ſed ſola gratia tua Deīde piiſſime dñe ad
ſublimioꝛa me ꝓuehens et dona tua cumulans ad
ſacros ordines et officiuz ſacerdotale me ꝓmoviſti
quod pluribus denegaſti. et ita me eleuaſti ſup an
gelicam dignitatem quia qui creaſti me ſine me ſi
fas eſt dicere dediſti michi creare te. quod donum
non eſt angelis conceſſum, imo ipſi adorant quod

conficimus? Et quid retribuam tibi dñe deus meꝰ
pro tanto sacerdotii beneficio michi impenso. cer
certe dñe super hoc deficit spiritus meus. Et mul
tum confundor quia sacerdotaliter nō vixi sed se
culariter. Nec ministerium sacerdotale honorifi
cau. imo ingentium quod donaueras in vanis/in
utilibus/et superuacuis. immo etiam in noxiis et
perniciosis tota studiositate multis annis occupa
ui. et alia dona tua gratie in vsum redegi culpe.
Propter que talentis a te acceptis priuari ⁊ in te
nebras exteriores mitti merito debui. Et insuper
in habendis beneficiis ex nimia ambitione et cu
piditate estuaui. Sed ꝓpter salutem meam mise
ricorditer aliquando michi restitisti ne assequerer
quod optabam. Belligerabam nec obtinebam:
quia male petebam. Aliquando vero de pinguio
ribus et honestioribus q̄ me deceret michi proui
disti. Sed nec sic saciatum. immo ad ampliora
adhuc assequenda spirantem interea plusq̄ septē
nis de tua solita gratia me vocasti ⁊ assidue inspi
rasti. vt nedum ab habendis desisterem. Verum
etiam habita et queq̄ temporalia relinquerem
monachalem vitam assumerem et nudus te nu
dum sequerer. Nec solum vocasti communiter
cum pluribus: sed et singulariter pre multis et
cum paucis ad perfectionis statum. Ad mun
di scilicet despectum. Et licet diu reluctantem ⁊
quasi inuitum de tenebris egypti et seculo nec̄ ⁊
tanq̄ alterum loth de sodomis Habraam de hur
caldeorum/et noe de diluuio me eduxisti. Nec so
lum eduxisti ⁊ immo etiam induxisti in mōtē sctifi

catiõis tue. Jn terram fluentem lac et mel videis
in religionẽ nõ quãlibet sed cartusiensium nec ad
quodcumqꝫ monasterium. sed speci aliter ad hoc
vallis viridis optimo terre loco. Jn quo secure sa
lus sperari potest. et in quo tam bonos pios deuo
tos ac sctõs fratres ꝛ socios iuenire dedisti quoꝝ
exemplis instruor cõuersatione consolor oiõnib⁹
adiuuor et exsuscitans me de stercoꝛib⁹ sedere fe
cisti cum principibus. ⁊ vere bonum et iocunduꝫ
habitare inter fratres tales qui deum amant di=
sciplinã obseruãt. pacẽ colũt cui⁹ sine obseruatio
ne monasteria sunt tartara et inhabitantes dya=
boli incarnati Et sic me ꝓtexisti a conuentu mali
gnantiũ id est a cõgregatione indisciplinatorum
et a vita vagantium nil nisi solum nomen de reli=
gione habentiũ Jnter quos dubia salus quia ve
nientes ad eos frequenter similes illis effecti ari
ta disperiunt. ꝛ qꝛ in terra sanctoꝝ iniqua gerũt
non videbunt gliam dñi. Nec solum ad locum pe
nitendi induxisti. verum insuper licet tarde vene=
rim tempus satis ꝓlixum sanitatem et fortitud=
nem etiam vsqꝫ ad canos et decrepitos annos ad
plene penitendum supplicia vitandum grãm me=
rendum et regnũ mercandũ. ceteraqꝫ oĩa ad salu
tẽ necessaria pluribus denegata cõcessisti. Et qꝛ
ante ꝓlongaui scelus ꝓlongasti michi tempus et
quasi illud michi stare fecisti. Ne qꝫ a morte su=
bita et imprecisa ac crudeli tam in seculo q̃ post
religionis ingressum reiteratis vicibus miracu=
lose preseruasti. Hoc dñe scio et confiteor. ac im=
mẽse bonitati tue regratior. Jnsuper donasti gra

tam nunc vsq; perseuerandi que paucoꝝ est sine
qua non iustificatur homo/ et nulla sunt vel vana
bona. Cum tñ tanti cadant et tanta pericula obsi
stant. Et ne in inceptis deficerem spē donasti ob=
tinendi venīā gr̄am ꝛ gl̄iam. ita ꝙ nulla penuria
peccatorum meoꝝ nulla cōsideratio vilitatis pro
prie. nulla estimatio celestis beatitudinis de cer=
titudine spei me deicere potest Scio enī cui credi
di et certus sum qz in caritate adoptasti me. qz ve
rax es in p̄missione et potens in exhibitione. licet
enī tibi facere quod volueris. Nec solum spez de
disti verum et rem contulisti dans affectuz et gra
tiam proficiendi et a malo continendi voluntatē
immutasti vt dulcia essent que antea erāt ama-a
Et vt crescam in profectu nec deficiam in via mē
sam mihi parasti aduersus oēs qui tribulant me.
et pluisti manna de celo quo frequenter me refe=
cisti corpus videlicet tuū et sanguinem pretiosum
in arram et pignus future hereditatis. in cibum
mee mendicitatis. in medicinā mee infirmitatis.
in comitem pegrinationis. in pacificā hostiam re
cōciliationis. in sacramētū ꝯmunionis et sacrifi=
ciū redēptionis. Sed ꝓh dolor irreuerenter mul
tum et impudenter illud sumere p̄sumpsi vnde
miam a te humiliter postulo. Ceterum mitissime
dñe ꝑ tuam bonitatē. talem me esse voluisti vt tē
poralibus dimissis nō multū curarē: et gr̄as suffi
cientes donasti ꝑ quas circa te pacifice potui con=
uersari. In oibus cōsolat⁹ es me et i manib⁹ por
tasti et tenuisti me de stercore me eleuasti et subli
masti: in tm̄ vt ceteris etiā melioribus per multos

13
8
m

annos me prefecerīs/meq; tulisti de domo patris
mei, et posuisti me pascere gregem populi tui/feci
stiq; michi nomen quodāmō grande iuxta nomen
magnoꝝ qui sunt in religione cartusiana/ et fuisti
mecum in oībus vbiciq; ambulaui/et posuisti me
custodem in vineis. In quarū custodia potui mul
ta merita cumulare si fecissem debitum meū. Sed
ve michi qz terrenis vanis et transitoriis multum
saluti vero aīarum et spiritualibus mīn⁹ debito ī
tendi: Ita ꝙ ꝓphdolor dicere possum. Vineā meā
non custodiui michiq; merito improperandū est il
lud. ☞ pastor z ydolum. Pastor solo noīe et ydo
lum inutilitate. Super quibus veniam humiliter
postulo. Me ergo sublimasti/cum tamen tam infi⁊
mus essem tam indignus tamq; miserabilis / qui
prius in domo paterna vix vnꝰ vinū biberā/ car
nes gustaueram inter asinos et vaccas tacebam
rusticano pane z vestitu vix sustentabar. Et nichi
lomin⁹ ad reprimendū superbiam meam z ꝓpter
bonū meū incōmoda z defectus naturales michi
reseruasti. z me nō nū ꝙ despici vilipendi et deici
voluisti. Sicut et merito vilipēdendus z despiciē⁊
dus eram/in quibus michi donasti materiam me
humiliandi et miserias meas cognoscendi: quod
certe bñficiū non inter minora sed ītēr maiora bñ
ficia tua reputandū est/licet eo nō bene vsus fue
rim. Coheredem me fecisti nisi per me steterit z vi
tam eternā michi preparasti. videlicz a labore de
tem a seruitute libertatem/ a timore securitatem
a merore consolamē/a morte resurrectionē/in re⁊
surrectione plenū sūmū z īdeficiens gaudium et

alia innumera bona: tam multa ꝙ nō ꝑſit numerari/tā magna ꝙ nō ꝑſit cogitari/z tam ꝓciosa ꝙ nō ꝑſit estimari Deinde ꝓmisisti michi teꝑm qp pe iurasti ꝑtibus nr̄is daturū te nobis q̄ es omē z totū bonū. quod q̄ acceperit habūdātia oim rex ꝓfruetur: et quicq̄d voluerit illi fiet. hec oia michi dare disposuisti si tū in ꝑsti religiose ꝙuersat⁹ fuero. Insup vt gr̄as tuas conseruare possem noticiā z intellectū scripturarū michi tribuisti: z libros sacros quasi speculū in quo possem fe ditatē meā et intusticiā ꝓtēplari/z ad hos ītelligēdos sensū donasti/z crebro me reuocasti. Hūc ꝑ internā īspirationē/nūc ꝑ alio⁹ admonitionē z exortationē bñficio⁹ z aduersō⁹ imissionē petē⁹ occasiones subtrahēdo/aut vim resistēdi tribuēdo. Et a ꝑntia vsq; in hūc diē tā sollicite mei semp curā gessisti/ et preseruasti a tā multis ꝓiculis variis morbis. demonū plagis z aliis malis. Puero sustētamēto īdulsisti nutrimēti sufficiētiā/multiplici z delicato edullio me reficiēs ita ꝙ nō op⁹ habui egere sollicitari aut mēdicare/z mee semp gubernatiōi fuisti intēt⁹ quasi oīz ceteroꝝ oblit⁹ mei soli⁹ curā videre ris gerere. Sēp michi ꝑs oīa mea dirigēs. Cuz tū socios z coetaneos meos ac vicinos nouī ꝑmisisti forsitā ī ꝑctis q̄b⁹ si tātas gr̄as fecisses sicut michi multo plura bona fecissent ꝙ ego ingrat⁹. Et nūc dñe de⁹ me⁹ vita aīe mee scio z cōfiteor qz gr̄a tua sum id quod sū z ꝙ ꝑmissa et alia ꝙplurima bñficia michi fecisti. Hec vlli de gñe meo. īmo nec de patria mea talia tāqz vicina saluti ꝓcessisti sicut z michi de q̄b⁹ michi dulce deberet eē semp cogitare semp loqui/ sempqz tibi gratias agere;

vt posſem te pro tantis beneficiis tuis laudare et amare toto corde meo ⁊ tota aia mea. Sed quis et quid ſum ego vt tantis beneficiis gratitudine par ſim. Quid eñ ego genitus per immũdiciam viuens in miſeria moriturus in anguſtia plenus fetore et horrore pcis repletus et prius egenus: Nunquid laudabit te qui in pcis conceptus eſt genitus et nutritus. Non eſt ſpecioſa laus in me qui ſemper pecco in te. Sed tu benignus es etiaz ſuper ingratos et das oĩbus abundanter et non improperas: quia delectaris in ſalute noſtra. imo das plura q̃ ex noſtra pigricia petimus/ ⁊ quãto plura das tãto plꝰ habes. ideo liberaliſſime dñe tibi peto miaz. da michi ſcire te. diligere te. cognoſcere me. fac me vere pauperem ſpũ. vere obediẽtem. vere humilem. vere pacientẽ. condolere compati et concrucifigi ex toto corde meo morti ⁊ paſſioni tue. ac cõpaſſioni beatiſſime virginis marie matris tue doloribus afflictionibus et obprobriis tibi illatis Mollifica cor meum durum ⁊ lapideũ Tolle ingratitudinem torporem et irreuerentiaz meam. diſſolue me ab affectionibus carnalibus mundanis terreſtribus vanis ⁊ ocioſis quibus nimis conſtructus tenor. Non me vincat ambitio ſuperbia et preſumptio mea. da michi vincere me et abnegare me. fac me benefacere et da perſeuerare. adiuua me in onere michi impoſito ſpũali et temporali. et da grãm vt melius ſolito valeã preeſſe ⁊ prodeſſe quandiu tibi placuerit et michi ac cõmunitati vtilius fuerit et non vltra. et ignoſce michi ſuper oĩbus peccatis et negligentiis in eo

commissis.et prouide de meliore et vtiliore loco mei q̄cito tibi placuerit Cōpelle me facere volū/tatem tuam i oībus q̄ deus meus es tu. Purga me in pfti seculi in multitudine mīarum tuaꝝ / et nō miseriaꝝ mearum; et ppicius esto michi miserabili putri et fetenti pctōri opprob rio hoīm ab iectioni plebis. et non puniar nisi in presenti seculo quia si vis potes me mundare. Scio dñe et veraciter cōfiteor quia tanta gratia indignus sum sed ppterea peto mīam et accuso miseriam. Non enim est opus valentibus medicus: sed male habentibus. Istud peto a te dñe cuius natura bonitas. cuius opus mia. cuius velle fecisse. cuius volūtas sanctificatio nostra. Et te inq̄ peto qui tā tot et tanta michi fecisti et dixisti. petite et accipietis. querite et inuenietis. pulsate et aperietur vobis vsq̄ modo non petistis quicq̄. Peto in memoriam et reuerentiam tue passionis / et mortis ac alioꝝ doloꝝ tuorum. potissime illius acerbissimi doloris quem pertulisti quādo sanctissima aīa tua egressa est a corpore tuo vt mee miserearis i suo. Peto in noīe tuo in quo secundum testimonium ppheteꝝ remissionem accipiunt etiam infideles. et in quo etiam tuipse pollicitus es nos accepturos a patre quicq̄d petierimus. Peto a te peto; per te. peto in tē pore petendi. peto quod bonum est q̄ vis sim malus. pmitto emendationem. Pluries supplicaui pro hmōi obtinenda gracia. Non est abbreuiata manus tua vt istud nō possis sicut alios infinitos pctōres iustificasti. tu eī imutabilis. tu idēipse es et anni tui non deficient. Tu

deus auxilii mei et spes mea tota in te est: nec so-
lum spes mea es sed etiã spes oĩm finiũ terre ⁊ in
mari longe. Iam mĩe tue multe. ideo dñe oro in
mĩa tua viuifica me ⁊ non deneges quod peto in
extrema necessitate. Tu enim lux mea quia illu-
minasti me ⁊ cognouite. cognouite quia resplen
duisti in me. Trahe me post te vt curram simul in
odorẽ vnguentoꝝ tuorum. Munda latrinam pec-
catoꝝ meoꝝ: tolle fetorem corrupte cõscientie. pre
para hospitium. laua cloacam. et da gr̃am vt sa-
crosanctũ corpus ⁊ sanguinem tuum digne q̃diu
tibi placuerit presertim in fine dieꝝ meoꝝ valeam
recipere. dirige me in oĩbus sicut de tua gr̃a sem-
per direxisti: In hora mortis succurre michi ⁊ libe
ra me a leonibus rugientib⁹ preparatis ad escaꝝ
⁊ q̃rẽtib⁹ afaꝝ meã/de⁹ me⁹ ⁊ te ꝓfido nõ erubescã
neq; irrideãt me timici mei. ne sit tradas me cum
pctõrib⁹ ppt̃ infinita pctã mea ⁊ cũ opantib⁹ iq̃ta
tẽ ne pdas me quẽ ꝓprio sanguĩe redemisti. Pre
terea piissime dñe tibi recõmẽdo sororẽ ⁊ paupcu
los alios parẽtes meos et affines ꝓpĩquos ⁊ remo
tos oẽs mei mẽorĩã spãlẽ facientes Singulos pa
tres et fratres meos professos huius domus pre
sentes et absentes. munda immundos si qui sint
sana infirmos. iuua pusillanimes. confirma insta-
biles. custodi absẽtes. et adiuua singulos sicut vni
cuiq; opus est. ac si nolatim singulos exprimerem
da pacem/concordiam/caritatem/ et vnitatem in
alterutrum et gratiam/vt te timeant te diligant/
⁊ gr̃am eis dat̃a recognoscant. Adiuua etiã reue
